



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 1. In terra, communi omnium matre, alios inuenire quæ vituperent,  
alios, quæ laudent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

tur. *Quisquis ergo aeterna non credens sola,  
qua transeunt, appetit: hunc quasi sine nauis  
laborantem in fluctibus impetus aquæ decur-  
rentis secum trahit. Qui vero aeterna credens,  
transitoria diligit, hic juxta nauem naufragi-  
um facit: qui autem aeterna bona credit &  
diligit, hic in nauis positus fluctuantis maris  
vndas securus pertransit: quia qui per deside-  
rium fidei nauem non transgreditur, iam  
quodammodo, in fluctibus, terræ stabilitatem  
imitatur.* Nunc igitur, quæ & terræ sit sta-  
bilitas, quæ securitas, quod emolumen-  
tum, aut detrimentum, videamus; de aquæ  
autem necessitate, utilitate, jucunditate,  
in hunc similem modum expensa, qui-  
quis antehac fuit temerarius judex, aut  
superbus contemptor, posthac dicat:

*Pro dij immortales, in aqua nunquam credidi  
Voluptatem inesse tantam!*

## C A P V T I X.

*Terræ, hominis gratia creatæ, situs, qui-  
es, rotunditas, inæqualitas, venu-  
stas, & feracitas, laude & ad-  
miratione digna.*

### S. I.

*In terra, cōmuni omniū matre, alios inuenire,  
qua vituperent, alios, qua laudēt.* In-



Nfimum, inter elementa, locum  
terra possidet, de qua nos sumus,

tanquam coñuni omnium ma-

Liu.lib. I. tre; cuique, non iam cum Bruto illo Ro-  
mano, sed cum sanctis viris, originis nostræ  
memores, osculum sæpe ferre deberemus,

Gen. 3.19. nos ipsos ita alloquentes: *Puluis es, & in  
puluerem reuenteris.* Sed sunt non pauci,  
qui etiam hîc inueniât, quod Aristarchus  
dignum arbitrentur, similes ijs, qui Homeri  
versus acephalos, id est, capite, vel cau-  
da diminutos excerpunt, tam multa alia  
integra pulchrâq; prætermittentes. Idem

Plutarch. enim faciunt, ait Plutarchus, qui de paucis  
in Moral. vita malis queruntur, dissimilatis tot com-  
moditatibus. Quod vitæ humanæ vniuer-  
sim, id etiam terræ conuenit. Spinas & tri-  
bulos quidam tantum in oculis habent,  
hinc punguntur. Alij etiam rosas & violas  
intuentur, & vulnera spinis facta inun-  
gunt oleo roscarum. Quanquam & alij er-  
rant, qui omnia, in terris, plena existi-  
mant floribus esse oportere, &, quidquid  
calcant, rosam fieri volunt. Tutissimi vi-  
que eunt, qui media incedunt via, & du-  
ra mollibus, alta planis, amara dulcibus  
temperata contemplantur. Nam, & qu

spinae

spinas tantum sentiunt, ciulant: &c., qui  
rosas tantum attingunt, luxuriant. Qui  
autem in diuinæ veritatis arcana penitiūs  
intrant, in vtrisq; artes Moderatoris, lau-  
dēsq; maximas perspiciunt, canūntque  
identidem: *misericordia Domini plena est* Psal. 32. 5.  
*terra: VERE DICIMVS, IVRATI DICIMVS.*

Sic laudantium plenus est chorus. Cy-  
rus rex Persarum, teste Xenophonte, *tan-* Xeno-  
*tum in hominum animis excitare potuit desi-* phon. li. x.  
*derium præstandi ea, quæ essent ipsi grata: ut* de Cyri.  
*omnes ipsius arbitrio regi perpetuò cuperent.* Instit.  
Tot nationes, ut ex eo ipso penderent, effecit;  
quot etiam enumerando percurrere, fuerit o-  
perosum; quacunque scilicet ex parte a regia  
quis ordiatur; sine ad ortum senecasum, si-  
ne ad septentriones, seu meridiem. Idem  
desiderium longeq; maius excitat sapien-  
tissima DEI bonitas; unde plurimis est à Psal. 112.  
solis ortu, usque ad occasum, laudabile nomen 3.  
*Domini.*

### §. II.

#### *Terra boni laudatores.*

Agmen ducat Anna cantatrix, quæ ter-  
ram, cum fundamentis suis, & à Domino,  
& Domini esse, præclara illa Oda prædi-  
cauit